CURRENDA IX.

A. D. 1871.

N. praes. 43.

Pius PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Munus a te nunciatum, Venerabilis Frater, cum pignus sit affectus, observantiae, devotionis tot cordium, quot fideles in illud symbolam contulere suam; pretiosum plane Nobis accidit et perjucundum. A te vero corrogatum et per te Nobis exhibitum sicuti testatur studium in Nos tuum; sic conjunctionem ostendit animorum Cleri populique tui tecum; quare nihil Nobis optatius. Itaque dum gratum tibi et ipsis profitemur animum, merito confidimus, vos qui adeo concordes Nobis suppetias afferre studetis, praestantius etiam illud auxilium pro viribus exhibituros esse, cui maxime confidimus; orationem nempe ferventem et perseverantem, qua divinam Nobis et Ecclesiae misericordiam conciliare nitamini. Effundat in vos Deus spiritum gratiae et precum, munerumque suorum divitiis vos cumulet. Nos interim harum auspicem et praecipuae Nostrae benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, universaeque Dioecesi tuae peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 13. Martii Anno 1871.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimo quinto.

Pius PP. IX. m. p.

Hocce Beatissimi Patris eximiae de Salute fidelium sollicitudinis ac praecipuae in Nostram dioecesim benignitatis novum documentum communicantes cum vobis V. FF. obsecramus vos ut fervidas ad Deum misericordiae fundatis preces, easque cum Nostris conjungatis votis pro Salute et incolumitate Summi Ecclesiae Principis & Jesu Christi Vicarii.

Tarnoviae 2. Maji 1871.

N. 1636.

Superior Generalis ac Rector Congregationis SS. Salvatoris, Nicolaus Mauron ejusdem Congregationis Praepositis manifestavit, quae Vobis Dilectissimi Fratres, utpote multa ex parte memoratu digna, communicamus:

„Insignem ac plane singularem, quam omnes S. Alphonsi filii jam dudum exoptaverant gratiam, Divina tandem Bonitas nobis elargiri dignata est. Die 11. hujusce mensis, Emmi Cardinales sacris Ritibus tuendis praepositi concordi voce cunctisque suffragiis declararunt, *S. Patrem nostrum Alphonsum ita coelesti eminere Doctrina, ut inter S. Ecclesiae Doctores recenseri mereatur*: quam resolutionem SSmmus *D. N. Pius PP. IX.*, Christi in terris Vicarius, Principis Apostolorum infallibilis Successor, et supremus divinae voluntatis Interpres, die 23. Auctoritate sua Apostolica benigne confirmavit et approbavit; prout ex Decreto vobis transmittendo perspicietis.

Optatissimum hunc nuntium ineffabili cordis jubilo vobis, dilectissimi Fratres, haud cunctanter communicamus; firmiter sperantes, fore ut honor iste singularis Sancto nostro Fundatori decretus in novum cedat S. Ecclesiae decus et gloriam, Congregationis nostrae incrementum, ac majorem animarum utilitatem et salutem. Humillimas igitur agamus gratias Divino nostro Redemptori, qui praeclarum suscitavit Alphonsum, ut non solum insigni Sanctitate fulgeret tamquam lucidissima stella in Ecclessiae firmamento, verum etiam eminentis ac coelestis Doctrinae splendore errorum tenebras discuteret, omnibus, cum Pastoribus, tum fidelibus, tutissimas traderet vivendi et agendi regulas, atque omnium corda ad Deum potenter suaviterque attraheret Sincerissimas etiam grates persolvamus Immaculatae Virgini et Dei Genitrici Mariae de Perpetuo Succursu, ejusque purissimo Sponso S. Josepho, quorum potentissimae intercessioni referendam putamus singularem hanc gloriam, inclytissimo Eorumdem laudum praeconi tributam. Gratos demum animi nostri sensus exhibeamus immortali Pontifici, qui infallibili suo oraculo, strenuum hunc Infallibilitatis assertorem et vindicem glorioso Doctoris titulo decoravit.

Ut autem pro tanto beneficio debitae gratitudinis sensa saltem pro modulo nostro patefaciamus, praesentibus Litteris mandamus, ut in qualibet Domo quamprimum duae Missae cantentur, quibus tota Communitas interveniat, prima in gratiarum actionem, altera pro SSmmo *D. N. Pio PP. IX.*, et Ecclesiae ac nostrae Congregationis incolumitate, atque omnia bona opere per quindecim dies ad eamdem intentionem applicentur Hortamur insuper Superiores provinciales et locales, ut, quemadmodum mos est in hujusmodi casibus, tempore opportuno infra annum, ubi commode fieri poterit, celebrandam instituant triduanam festivitatem, ea forma et solemnitate, quae pro temporum locorumve adjunctis licebit.

Verum, dilectissimi Fratres, in meris hisce gratitudinis officiis non sistamus. Nova isthaec S. Patris nostri glorificatio novum sit unicuique nostrum ligamen et vinculum, quo auctius tum Ipsi, tum Congregationi nostrae devinciatur. Sit novum omnibus incitamentum fervoris ac regularis observantiae, ad fideliter implenda sublimis vocationis nostrae munera. Sit efficax et perennis adhortatio, quae jugiter nos moneat, genuino S. Alphonsi filio nihil esse antiquius, quam ut Ipsius spiritu et doctrina penitus imbutus existat, atque Ipsius praeceptis, monitis et consiliis firmiter inhaerens, alios, pro munere suo apostolico, ad Jesu Christi divini nostri Redemptoris amorem perducat. — Opus sane non est, ut vel paucis de praecellentissimo Doctrinae S. Alphonsi merito vobis loquamur. Quis enim vestrum, perlecta Doctoratus Causa, ignorat splendida, quibus illam, exornarunt elogia Summi Pontifices, Sacrorum totius Orbis Antistites, aliique viri conspicui, qui certatim Alphonsum celebrant tutissimum in arduo animarum regimine Magistrum, acerrimum catholicae veritatis et jurium Romani Pontificis propugnatorem, christianae pietatis instauratorem, atque in viis spiritualibus Ducem peritissimum? Hinc Sancta Mater Ecclesia, divino numquam non afflata Spiritu, in Missa ejusdem Sancti canere non dubitat: *Ipse est directus in poenitentiam gentis, tulit abominationes impietatis, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem (Eccli. 49. 3.).*

Neque illud vos latet, Zelum fuisse animarum flagrantissimum, qui Alphonsum impulit ad munus scribendi docendique suscipiendum. In tot namque voluminibus mira eruditione ac coelesti unctione refertis, id unice anhelabat, ut quam plurimas Deo lucraretur animas; exardebat enim et pene consumebatur cor ejus zelo domus Domini. Inde est, quod in Oratione die festo S. Patris nostri recitanda, Ecclesia nominatim flagrantissimi zeli virtutem laudibus extollit, eamque exhibet quasi notam tesseramque totius ejus vitae Inde quoque est, quod universa ejus Opera salutem spirant animarum; et dum mentes veritate illustrant, corda simul, ex peculiari quadam Dei benedictione, coelesti amore inflammant. Quare, ut verba usurpemus Defensoris Causae, si denominatio quaedam tribuenda esset S. Alphonso, perapta sane foret compellatio *Doctoris zelantissimi.*

Vestram itaque semper et ubique faciatis coelestem hanc doctrinam, prout genuinos decet S. Alphonsi filios, eamque ceu sacram et pretiosissimam nobis relictam haereditatem sollicite custodiatis. Ipsa namque nobis praesertim, filiis suis, tradita fuit, ut ejus ope sanctitatem cum nostram, tum aliorum facilius et efficacius operaremur Alte mentibus nostris infixa haereant verba, quae S. Pater noster in Litteris de die 8 Augusti 1754. ad Congregatos direxit, dicens: *Obsecro vos, ut sedulo perpendatis quae tanto labore, investigatione et studio scriptis mandavi. Et hunc quidem laborem, Fratres mei, in me non suscepi pro aliis, nec ut plausum captarem Noscit Deus, quantum taedii et laboris in hisce Scriptis passus sum. Pro vobis solis, Fratres mei, haec scripta exaravi, ut tutam sequamini doctrinam.*

Hisce S. Patris nostri monitis nullus sane erit, qui non ex animo dociles praebeat aures; nec inter vos invenietur, qui in re praesertim morali alios sibi assumat praeceptores praeter illum, quem ipsemet Deus misericorditer nobis donavit, et cujus doctrinam ipsa Sancta Sedes iteratis vicibus non modo ab omni censura prorsus immunem, verum etiam plane tutam, sanam, animabusque summopere proficuam confirmavit declaravitque. Quamobrem enixe vos hortamur, ut summa religione sequamini, defendatis et in praxim deducatis universam S. Alphonsi doctrinam, maxime vero eam, quae respicit administrationem Sacramenti Poenitentiae, ac in primis ea doctrinae capita, quae ad praxim magis spectant, prout sunt quaestiones de occasione proxima, de recidivis, aliaeque similes, quarum plures in Doctoratus Causa enucleatas invenietis.

Et quum maximi sit momenti, ut in Congregatione una sit omnium sententia et praxis, non possumus, quin iterum et potiori quidem jure vobis inculcemus, quae jam in Litteris nostris de die 2. Februarii 1856., ex Capituli generalis consulto, vobis communicavimus: „Quamvis in Congregatione nostra, nec Regula Constitutionibusve cautum, nec um„quam in usu fuerit, ut Patres nostri ad certum Systema certasve opiniones theologicas „tenendas et defendendas speciali praecepto, quemadmodum in aliis quibusdam Religionibus, „obligentur: nihilominus quemlibet certe Congregatum decet, ut in Theologia, tam dogma„tica quam morali, principia a S. P. N. Alphonso tradita et in Congregatione universim „admissa sectetur et in usum suum convertat. Parum aedificationi tribueret et modica hu„militate et pietate praeditum se demonstraret, qui ab hisce principiis recederet et opposi„ta contumaciter et propugnaret et in praxim deduceret. Cumque talis agendi ratio in „communis Congregationis boni praejudicium cedere possit, Superiores Provinciales, si quis „hujusmodi Subjectus reperiretur, rem ad nos deferant, ut remediis opportunis provideamus. „Quae in hoc articulo commendavimus et ordinavimus, omnino consentanea esse sensis et „intentionibus S. P. N. Alphonsi, ex epistola typis impressa patet, in qua quoad quaestiones scholasticas principaliores praecipit, ut illae sententiae, quas in sua Theologia morali „tenet, tradantur et omni, quo fieri potest, modo defendantur. Cumque P. Lector quidam „in aliquibus materiis aliter sentiret, subjungit: *Si P. Lector contrariae opinionis est, te„neat ipsam pro se; de reliquo autem obedientiam praestet, nostras sententias melioribus, „quibus potest, rationibus defendat, omnemque operam in id conferat, ut ipsi placeant il„lae sententiae, quae obedientiae placent. Perdita obedientia, de Congregatione conclamatum „est.*“

Dignos itaque nos exhibeamus tanti Patris filios, dignos zelantissimi hujus Doctoris discipulos: insignem Ejus aemulemur Sanctitatem, Ejusque saluberrimam Doctrinam amplectamur. Hinc cum Apostolo quemque vestrum in Domino hortamur: *Haec meditare; in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus Attende tibi et doctrinae; insta in illis Hoc enim faciens, et te ipsum salvum facies et eos, qui te audiunt (1. Timoth. IV. 15.*

16.) Quam gratiam D. N. Jesus Christus vobis omnibus, dilectissimi Fratres, clementer concedat per intercessionem Beatae et Immaculatae Virginis Mariae de Perpetuo Succursu, ejusque purissimi Sponsi, S. Josephi, ac S. P. N. Alphonsi; vosque repleat omni benedictione, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis, reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum.

Datum Romae, in Collegio nostro ad SS. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 25. Martii 1871. festo Annuntiationis B. Mariae Virginis.

Obwieszczenie.

Przy losowaniu obligacyj indemnizacyjnych uskutecznionem na dniu **29.** Kwietnia **1871.** zostały następujące obligacye do spłaty wylosowane, a mianowicie:

A) funduszu indemnizacyjnego Wielkiego Księstwa Krakowskiego.

(XXVI Losowanie.)

na **100** złr. z kuponami: Nr. 119, 585, 744, 984, 1.022, 1.065, 1.103, 1.189, 1.282, 1.305, 1.633;

na **500** złr. z kuponami: Nr. 299;

na **1000** złr. z kuponami: Nr. 382, 878, 918, 1.055;

na **5000** złr. z kuponami: Nr. 13, 112;

i Lit. A. Nr. 59 na 9.970 złr. z częściową kwotą 9.400 złr.

B) funduszu indemnizacyjnego Galicyi zachodniéj.

(XXVI. Losowanie.)

na **50** złr. z kuponami: Nr. 427, 614, 985, 1.270, 1.299, 1.479, 1.737, 1.967, 2.249, 2.447, 2.691, 2.709, 2.753, 2.876, 2.988, 2.995, 3.026, 3.152, 3.283, 3.416, 3.468, 3.734, 3.735, 3.739, 4.121, 4.208, 4.478, 4.701.

na **100** złr. z kuponami: Nr. 3, 76, 571, 577, 825, 975, 1.048. 1.063, 1.111, 1.249, 1.472, 1.737, 1.774, 1.775, 2.147, 2.300, 2.593, 2,603, 2.611, 2.647, 2.699, 2.837, 2.951, 3.232, 3.570, 3.605, 3.676. 3.777, 3.832, 4.213, 4.348; 4.395. 4.460, 4.540, 4.592, 4.631, 4.899 5.135, 5.294, 5.681, 5.772, 5.856, 5.883, 5.975, 6.186, 6.210, 6.247, 6.592, 6.625, 6.764, 6.808, 7.255. 7.730, 8.061, 8.217, 8.271, 8.301, 8.486, 8.613, 8.726, 8.764. 8 871, 9.327, 9.561, 9.789, 9.969, 10.078, 10.295, 10.439, 10.481, 10 498, 10.544, 10.600, 10.673, 10.714, 10.938, 10.969. 11.412, 11.421, 11.576, 11.694, 12 275, 12.469, 12.900, 13.137, 13.332, 13.405, 13.456, 13.847,

14.212, 14.279, 14.342, 14 839, 15.231, 15.232, 15 280, 15 282, 15.432, 15.810, 15.839, 16.076, 16.305, 16.598, 16.601, 16.622. 16.628, 16 795, 16.798, 17.081, 17.288, 17.522, 17.969, 18.090, 18.116, 18.209, 18.400. 18 427, 18.685. 18.719. 18.869, 18.952, 19 036. 19 662, 19.987, 20 072, 20 082, 20.096, 20 228. 20.291, 20.554, 20 833, 21.305, 21.372, 21.455, 21.501. 21.674, 21.789. 21.972, 22.144, 22.187, 22.199, 22 205. 22.308, 22.480, 22.619, 22 652, 22.944, 23.037, 23.206, 23 239, 23.337, 23.479, 23.984, 24.024, 24.091, 24.316.

na **500** złr. z kuponami: Nr. 116, 201, 235. 262, 270, 345, 378, 462, 655, 953, 1.027, 1.181, 1.228, 1.320, 1.414, 1.477, 1.845, 2 050, 2.063. 2.143, 2 562, 2.818, 2.882, 2.887, 2.905, 2.914, 2.939, 2 997, 3.407, 3.420, 3 510, 3 661, 3 810, 3.830. 3.964, 4.135, 4.172, 4.277, 4 320, 4.351, 4.518, 4.814, 4 832, 4.845, 4.867, 4.902, 5.076, 5.106. 5.210.

na **1.000** złr. z kuponami: Nr. 870, 1.349, 1.430, 1.442, 1.443, 1.496, 1.672, 1 687, 1.734, 1.815, 2.132, 2 220, 2.343, 2.556, 2.755, 2 996. 3 014, 3 160, 3.186, 3.299, 3.774, 3.869, 3.893, 3.929, 3.934, 4 388, 4.553, 5.239 5.324, 5.754, 5.879, 6.672, 6.777, 6.794, 6.985, 7.369, 7.432, 7.502, 7.528, 7.530, 7.632, 7.922. 8 013, 8.168, 8.341, 8.593, 8.622, 8.879, 8.892, 8.908, 9.500, 9.513, 9.551, 9 763, 10 001, 10.054, 10.624, 10.687, 10.702, 10 792, 10.931. 10.974. 11.024, 11 337, 11.340, 11.356, 11.430. 11 438, 11.701, 11 807. 12.042, 12 125, 12.289, 12.393, 12.403, 12 607.

na **5.000** złr. z kuponami: Nr. 3, 220, 509. 533, 553, 816.

na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 17, 334, 557, 729, 1.086, 1.137.

i Lit. A. Nr. 377 na 1.410 złr. Nr. 768 na 1.630 złr. Nr. 1.040 na 4.420 złr. Nr. 1.181 na 820 złr. Nr. 1.721 na 530 złr. Nr. 2.175 na 370 złr. Nr. 2.262 na 100 złr. Nr. 2.263 na 50 złr. Nr. 2.637 na 90 złr. Nr. 2.722 na 300 złr. Nr. 2.734, na 400 złr. Nr. 2.775 na 90 złr. Nr. 3.435 na 50 złr. Nr. 3.437 na 50 złr. Nr. 3.448 na 300 złr. Nr. 3.475 na 700 złr. Nr. 3.512 na 1.000 złr. Nr. 3.705 na 650 złr. Nr. 3.755 na 150 złr. Nr. 3.894 na 200 złr. Nr. 4.212 na 130 złr. Nr. 4.242 na 450 złr. Nr. 4.278 na 600 złr. Nr. 4.304 na 600 złr. Nr. 4.447 na 500 złr. Nr. 4.455 na 9.000 złr. Nr. 4.477 na 5.110 złr. Nr. 4.502 na 150 złr. Nr. 4.677 na 380 złr. Nr. 4.692 na 300 złr.

C) funduszu indemnizacyjnego Galicyi wschodniéj.

(XXVII. Losowanie.)

na **50** złr. z kuponami: Nr. 18, 22, 788, 1.425, 1 447, 1.926, 2.726, 3.286, 3.337, 3.359, 3.374, 3.450, 3.567, 3 760, 3 960, 3.963, 3.993, 4 024, 4.038, 4.087, 4.091, 4.101, 4.310, 4.364, 4.410, 4 428, 4.555, 4.558. 5.158. 5 324, 5 446, 5.471, 5.592, 5.609, 5.614, 5.719, 5.743, 5.811, 5.815, 5 901, 6.050, 6.053, 6 164.

na **100** złr. z kuponami: **Nr.** 158, 221. 231, 379. 395, 704, 726, 1.176. 1.198, 1.254, 1.525, 1 580, 1.621, 1 859, 2 005. 2.009, 2.048, 2.152, 2.277, 2 317, 2.387, 2.620, 3 032, 3.081, 3.103. 3.108. 3.158, 3 214, 3.524, 3.627, 3 751. 3 899. 3.956, 4.082, 4.119, 4 125, 4 259, 4.352 4.442, 4.596, 4.846. 5.037, 5.300, 5.336, 5.580, 5,589, 5.964, 5.985, 6.137, 6 165, 6 326, 6 508, 6.680, 6.866, 6.907, 7.118, 7.172, 7.210, 7.386, 7.420. 7.434, 7.546, 7.584, 7.626, 7.704, 7.757, 7.804. 7.930, 8.024, 8.452, 8.533, 8 896, 9.087, 9.186, 9.223, 9.236, 9.857, 10.051, 10.198, 10.201, 10 323, 10.371, 10.452, 10.555, 10.892. 11.213, 11.350, 11 532. 11.545. 11.583, 11.620, 11 719, 11.747, 11.965, 12 759. 12 909, 13.115, 13 191. 13.297, 13.721, 13.922, 13 934, 14.035, 14.046, 14 316, 14.699, 14.972, 15.075, 15.220, 15.251, 15.578, 15.668, 15.903, 15 949, 15.995, 16.001, 16.494, 16.587, 16.610, 16.666, 17.051, 17.085, 17.088, 17.321, 17.368, 17.666, 18.275, 18.290, 18.306, 18.685, 18.828, 18.833, 19.017, 19 036, 19.142. 19.292, 19.310, 19 376, 19.664, 19.680, 19.700, 19.764, 19 815, 19 991. 20 039. 20.066, 20.351, 20.484, 20.607, 20.686, 20.764, 20.797, 21.094 21 130, 21.456, 21.647, 21.932, 22.162, 22.168, 22.272, 22.439, 22.504, 22.622, 22.702, 22.729, 22.814, 22.942, 23.188 23.244, 23.598, 23.818, 24 156, 24.236, 24.455, 24.520, 24.597, 24.791, 24.931, 24.950, 24.980, 25.044, 25.147, 25.204, 25.231, 25.250, 25.455, 25.825, 25.839, 26.165, 26.194, 26 214, 26.298, 26.497, 26.502, 26.525, 26 675, 26.760, 26.803, 27.168, 27.319, 27.609, 27.699, 27.721, 27.737. 27.953, 28.143, 28 499, 28.890, 29.009, 29.445, 29.464, 29.515, 29 924, 29.955, 30.158, 30.168, 30 597, 30.824, 31.135, 31.443, 31.523, 31.580, 31.636, 31 741, 31.877, 31.926, 32.133, 32.149, 32.332, 32.466, 32.487, 33.008, 33.029, 33.295, 33 366, 33 387, 33 404 33 409, 33.449, 33.811, 34.245, 34.333, 34.649, 34.734, 34.791, 35.001, 35.392, 35.462, 35.799, 36.012, 36.027, 36 033, 36.131, 36.418, 36.517, 36.527, 36.934, 36 946, 36.954, 37.103, 37.137, 37.452, 37 622, 37.705, 37.770, 37.807, 37.904, 37.906, 37.907, 38.080, 38.092, 38.098, 38 259. 38.321. 38.382, 38.459, 38 505, 38 772, 38.899, 38.977, 39.097, 39.339, 39.529, 39.669, 39.708, 39 830, 39.929, 39.967, 40 099. 40.207, 40.254, 40.290, 40.315, 40.339, 40.345, 40.651, 40.711, 40.778, 40.809, 40.978, 41.028, 41.115, 41.179, 41.399. 41.490.

na **500** złr. z kuponami: **Nr.** 306, 431, 472, 681, 860, 861, 958, 1 017, 1.040, 1.172, 1.280. 1.451, 1.499. 1 503, 1.702, 1.777, 1.795, 2.088, 2.499, 2.614, 2.788, 2.816, 2.980, 3.035 3.123. 3.151, 3 218 3 299, 3 416, 3.470, 3 746, 4.010, 4 032, 4.164, 4 271, 4.624, 4.819, 4 831, 4 860, 5.046, 5 309, 5 415, 5.487, 5 554, 5.765, 5.795, 5.824, 5.855, 7.187, 7.372, 7.405, 7.476, 7.737, 7 764, 7.785, 7.850, 8.065, 8.174, 8 307, 8.366, 8.368, 8 534, 8.563, 8.654, 8.674, 8.755, 8.849, 8.917, 8.987, 9.021, 9.024, 9.257, 9 390.

na **1000** złr. z kuponami: Nr. 662, 729, 743, 808, 1.107. 1.154, 1.226. 1.486, 1.503, 2.035, 2.059, 2.153, 2.319, 2.391, 2.505, 2.525, 2.608, 2.809. 2.824, 2.885, 2.886, 2.962, 3.094, 3.222, 3 284, 3.324, 3.335, 3.389, 3.433, 3.581, 3 684. 3.692. 3.877, 4.164. 4.467, 4.537, 4.555, 4.856, 4.926, 4 928, 4.996, 5.035, 5.214, 5.306, 5.337, 5.600, 5.648, 5.652, 5.807, 5.836, 5.855, 5.925, 6.120, 6 320, 6.477, 6.492, 6.555, 6.742, 7.129, 7.136, 7.494, 7.509, 7.655, 7.946, 8.054, 8.669, 9.067, 9.149, 9.371, 9.493, 9 725, 9 896, 10.025, 10.340, 10.433, 10.675, 10.759, 10.763, 10.765, 11.208, 11.542, 11.546, 11.692, 12.307, 12.376, 12.675, 12.837, 13.025, 13.284, 13.326, 14.515, 14.635, 15.038, 15.040, 15.086, 15.316, 15.576, 15.596, 15.713, 15.793, 15.963, 16.118, 16.173, 16.930, 16.977, 17.031, 17.110, 17.142, 17.308, 17.526, 17.582, 17.706, 18.029, 18.054, 18.266, 18.291, 18.414, 18.720, 18 798, 18.898, 18.982, 19.185, 19.416, 19.880, 19.894, 19.902, 20.163. 20.461, 20.538, 20.554, 20.558, 20.720, 20.738, 20.992, 21 137, 21.216, 21.251, 21.288, 21.534, 21.668, 21.723, 21.865, 21.875, 21 900, 22.019, 22.040, 22 145, 22.189, 22.366, 22.545, 22.617, 22.667, 23.086, 23.196, 23.355, 23.563, 23.594, 23 601, 23.615, 23.737, 24.063. 24.064, 24.143, 24.159, 24.181, 24 204, 24.224, 24.588, 24.743, 24.755, 24.865, 24.880. 24.904, 24.921, 25.175, 25.180. 25.443, 25.874, 25.911, 26.066, 26.143, 26.275, 26.310, 26.313, 26.316, 26.570, 26.621, 26.680, 26.788, 27.122, 27.131, 27.277, 27.316, 27.403, 27.559, 27.598, 27.673, 27.725, 27 814, 28.002, 28.246, 28.321, 28.826.

i Nr. 3.920 z częściową kwotą 650 złr.

na **5.000** złr. z kuponami: Nr. 261, 282, 574, 603, 818, 899, 920, 1.010, 1.027, 1.407, 1.855.

na **10.000** złr. z kuponami: Nr. 149, 174, 227, 610, 1.045, 1.073, 1.180, 1.538, 1.862.

(Ciąg dalszy nastąpi.)

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 24. Maji 1871.

JOSEPHUS ALOJSIUS,
Episcopus Tarnoviensis.

Cyprianus Netuschill,
Cancellarius.

Tarnoviae, 1871. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.